

*IUSTA FVNEBRIA,*  
 QVÆ  
**VIRO**  
 PRAENOBILISSIMO, CLARIS-  
 SIMO AC DOCTISSIMO DOMINO,  
**DOMINO**  
**ERDMANN**  
**UHSENIO**

PHILOSOPHIÆ MAGISTRO CELEBERRIMO,  
 GYMNASII, QVOD MERSEBVRGI FLO-  
 RET, RECTORI DIV MERITISSIMO,

PRÆCEPTORI OMNI HONORIS CVLTV PROSEQENDO,  
 IAM DESIDERATISSIMO,

*DVM d. V. SEPTEMB. CID DCCXXX. MORTALITATE EXVTVS,*  
*AD COELESTIA GAVDIA CVM LVCTV OPTIMI CVIVS QVE EVOLAVIT,*

IN QVALEM CVNQVE PIETATIS ET OBSERVANTIÆ TESSERAM,

lacrimabundo calamo exfolverunt  
 AVDITORES ORDINIS SECVNDI

---

*MARTISBVRGI,* Typis Gottschickianis,



Kapsel 78 N 14 [16]

X 3165143

AK



Uandem triumphas, carcere corporis  
Exeratus, inter cœlicolas choros,  
Et orbis, VHSANI BEATE,  
Pone relinquis opes dolosas.  
Nam docta feri, sedulus artifex,  
Ceu fila bombyx ore vomit suo,  
At inter ipsa texta demum  
Invenit appositum sepulcrum:  
Sic flamma solis, per tenebras ruens  
Circumvolutas, lumina non TVA  
Vmq̃am sopore fessa vidit,  
Tempore TEve pigrum diurno.  
Quin opperiri non potuit manum  
Scripti supremam, tradidit at TVI  
Curam Dianæ, quæ silentis  
Astra regit radiosa noctis.  
Quid inde mirum, pallida mors pede  
Dum pulsat atq̃ tecta TVÆ domus,  
Quod TE laboribus sepulcrum,  
Abstulit absque minace sensu ?  
Ah abstulisset si modo serius!  
Nam natus es TV fidere prospero  
Ad incrementa litteratum,  
Quæ senio fere sunt propinquæ.  
Vitæ recentis lumen iniveras,  
Et mox Apollo sustulit in suas  
Vlnas, deditque TE Minervæ,  
Munere lactis ut educaret.  
Nec hanc laboris pœnituit sui,  
Attenta nam TE crescere quælibet  
Ad altiora vidit inter  
Pieridum vigilum catervam.  
Testatur illud conscia Lipsia,  
Lux civitatum splendida, quæ TVIS  
Vbique, cantatis scienter,  
De fidibus sonuit per urbem.

Mox fama pernix percerebuit quoque  
Ad Martis arcem pacificam, DVCIS  
Clementiamque GRATIOSI  
Concliat TIBI singularem.  
HVBNERVS, alto nomine præditus;  
Nostro supremum gymnasio vale  
Dicebar; hinc eius dolebat  
Ex abitu prope ludus omnis,  
Hinc inde scissis Castalides comis  
Peploque tectæ, tristitiæ nota,  
Circumferuntur undiquaque  
Et reparare student ruinam.  
Mox substiterunt limine sub TVO.  
Et ponderatis tot meritis, quibus  
Eras coruscus, ore suavi  
Alloquitur socias Thalia:  
Luctum sorores sistite squalidum;  
Hübnerus isthic exoritur novus.  
Adeste quare derepente,  
Sertaque necesse gratulantes.  
Vix hisce dictis ora resolverat;  
En! universus convolitat chorus  
Parnassidum, comante lauro  
Temporibusque TVIS revinctis:  
TEMerseburgum cum choreis vehunt,  
Sub gloriofis auspiciis DVCIS  
MAVRITII, CVIVS benignum  
Nomen ad astra diu relatum,  
Turbare manes nolumus heic pios,  
Laudationum queis strepitus loquax,  
A blandiente motus ore,  
Sorduit, ut fruebantur aura,  
Nam cæteroquin elogiis quidem  
Intemeratis undique cingere  
Possemus anxium sepulcrum,  
Ossa cui recubant sacrata.  
Nostræ cohorti iungite vos magis,  
Formavit olim sedula quos manus  
Huius MAGISTRI, vulnus atque  
Prodite de lacrimis profusis.  
Divina multos Eusebie fovet,  
Astræa multos præposuit foro,  
In spem reservatque multi  
Estis adhuc patriæ patronæ.

Ast ore cuncti testificamini  
 Vno, quod HUIUS præsidio gravi  
 Cepistis eruditionis  
 Semina cum probitate morum,  
 Hinc si serenis sedibus e poli,  
 Quo summa carpis pectore gaudia,  
 BEATE PRÆCEPTOR, relictæ  
 Arva soli iuvat intueri  
 Illuminatis luminibus, TVOS  
 Specta frequentes discipulos, quibus  
 Fervet sepulcrum, qui supremas  
 Inferiasque litant gementes.  
 Gnavo laborum tædia maxima  
 Sunt hortulano, qui ferit arbores,  
 Frondes inutilesque cædit,  
 Stercorat, irrigat atque purgat;  
 At quum virefcit vere novo decus,  
 Et ex venustis floribus emicant  
 Fructus palato blandientes,  
 Gaudia mens capit ampliõra:  
 Sic expeditus quaque molestia,  
 In instruendis discipulis diu  
 Multumque qua functus fuisti,  
 Dona refers superis in oris.  
 Exinde latus siderea domo,  
 Qua lata spargis lumina, prospicis  
 Ad quos TVVS polivit ardor,  
 Vnde metis pretium supernum,  
 Fruaris ergo de gremio dei  
 Florente fructu, quem nihil impedit,  
 Quin æmulans æternitatem,  
 Floribus assiduis coruscet,  
 Præbebit illud mille levamina  
 Cunctis, fidelis vincula quos tori  
 Vel sanguinis TIBI iugarunt,  
 Iam TVVS ast obitus cruentat,  
 Deus parabit sat medicaminum  
 Redintegrabit, quod ruerat modo.  
 At Optimum nostræ palæstræ  
 HENCKELIVM tueatur usque.

\* \* \*

78 N 14 [16]

IVSTA FVNEBRIA,

QVÆ

VIRO

PRAENOBILISSIMO, CLARIS-  
SIMO AC DOCTISSIMO DOMINO,

DOMINO  
DMANN  
HSENIO

LÆ MAGISTRO CELEBERRIMO,  
QVOD MERSEBVRGI FLO-  
RECTORI DIV MERITISSIMO,


OMNI HONORIS CVLTV PROSEQENDO,  
IAM DESIDERATISSIMO,

B. CD DCCXXX. MORTALITATE EXVTVS,  
AVDIA CVM LVCTV OPTIMI CVIVS QVE EVOLAVIT,

QVE PIETATIS ET OBSERVANTILÆ TESSERAM,

lacrimabundo calamo exfolverunt  
DITORES ORDINIS SECVNDI

RTISBVRGI, Typis Gottschickianis,



Kapsel 78 N 14 [16]

X3165143

Alk